

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium ar
cum uariis

Nichil adeo gloriose lucet in iudice sicut amare et exhibere iusticiam sine omni acceptione persone. Teste enim Cicerone prouerbialiter dicitur: Exuit personam iudicis quisquis amicum induit. Equitas cui iudex obsequitur sinistram odii uel amoris dextram nescit. Nam talis debet esse iuris minister ut in eius manu nullius auctoritate persone titubet aut uacillet libra iusticie.

Petrus Rauennas in quadam epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

acceptione] actio (*cor. intra*) C; libra] iud *add.* (*del. sub lin.*) C; iusticie] iusticie *add.* (*del. intra*) M; Iudex siue iudicium ar...quadam epistola *om.* P V¹ V² L¹ L²